Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Mit Postilla litteralis von Nicolaus de Lyra, Expositiones prologorum von Guilelmus Brito, Additiones ad Postillam Nicolai de Lyra von Paulus Burgensis und Replicae contra Burgensem von Matthias Doering

Doering, Matthias

[Lyon], nach 7. Mai 1485, um 1488

Prologus in librum duodecim prophetarum

urn:nbn:de:bsz:31-304045

Visual Library

Incipit expoſitio in plogū. xij. pphetarum.
On idē ordo ↄc. Iſte plogus communis eſt. xij.
paruis pphetis ⁊ h3 quatuoꝛ pticulas. In prima
tangit apud hebreos ⁊ .lxx. diuerſitas ordinis pro
phetaꝝ cum dicitur. Nō idē eſt ordo ↄc. In ſecūda
oſtēditur q̄ variū
habēt modū ſcri
bendi ibi. Oſee
comaticus eſt ↄc.
In tertia ſubdit
eorum collectio i
vnū ibi. Et quia
longū eſt ↄc. In
quarta diſtiguū-
tur tēpora pphe
tationum. ibi. Et
oſee ſynchronon
eſaie ↄc. His vi-
ſis littere inſiſta-
mus.

b Apd hebreos
quos hieroni. imi
tatur.

c Qui eſt apud
nos latinos ſm
lxx. interp̄tes. vn̄
dic gl. Ordo. xij.
pphaꝝ ſm. lxx.
tal' ē oſee: amos:
micheas: iohel:
abdias: ionas:
naū: abacbuc: ſo
phonias: agge⁹:
zacharias: mala
chias. Sed3 he
breos vero quos
hier. ſequitur tal' ē
ordo oſee: iohel:
amos: abdias: io
nas: micheas: na
um: abacbuc: ſo
phonias: agge⁹:
zacharias: mala
chias.

d Unde. q̄a ſe3
apd hebre. quos
ſequimur ſunt ta
liter ordinati.

e Scdm id qd legitur apud hebreos. f Hic. i. in iſta tranſ
latōe qua modo cōiter vtitur eccleſia. g Diſpoſiti ſunt. an-
te tranſlationē iſtā cōiter currebat editō. lxx. h Oſee. Sicut
ait yſido. ethy. vij. Saluatoꝛ aut ſaluās interp̄tatur: dū eni iram
dei in populū iſrahelem ob crimen ydolatrie pphetaſſet: domui
iude ſalutē pnūciauit: ppter qd Ezechias rex iuda ſublatis ydo
lis que p̄cedētes ↄſecrauerāt templū dn̄i purgaſſe ac purificaſ
ſe mōſtratur. i Comaticus eſt. interlinearis. i. abbreuiatoꝛ: p
qd tangitur ppꝛietas comatis. eſt eni coma pūctata plātio orō
nis per minores deciſiones: vt ore: genis: oculis: per idē mētiris
addiſce eloquio: forma: nobilitate cares: ecce quelibet deciſio ſiue
particula orōnis parū valet per ſe. ſ3 oēs inſimul aggregate red
dunt perfectū ſenſum. Colō aūt eſt punctata plātio ſm maiores
deciſiones que perfectū reddūt ſenſum ſed nō perfectā ſententias
ſicut dictū eſt ſupra in plogo ſup eſaiā. Dicitur ergo abbreuia-
toꝛ. q2 breues habet clauſulas quaꝝ quelibet p ſe nec pfectū ſen-
ſum reddit nec pfectā ſententiā. Unde cū hiero. dixiſſet. Oſee co-
maticus eſt. expoſuit ſeipſum dicens. k Et. pro id eſt.

l Quaſi per ſententias loquēs. licet eni quelibet clauſula videa
tur cōpletā repꝛeſentare ſentētiā. tamē ſuſpēditur ſentētia vſq3 p⁹
cōpletā totalem orōnem. ſicut patet in cōſtructōe ſuſpēſiua. xbi
gratia. Oſee. i. dicitur. Uade. ecce q. vna ſētētia. Sume tibi vxo
rem fornicationū, ecce quaſi alia ſentētia. Et fac filios fornicati-
onum. ecce quaſi tertia ſententia. ⁊ tamē nondū cōpletur vſq3 ad finem
xſus cū dicitur. Q2 fornicās fornicabit terra a dn̄o. Unde ſic intelligē
da eſt gloſa que dicit. Comatic⁹. i. diuiſus. ſupple p clauſulas. eo q2 in
ſingulis clauſulis diuerſas vel plenas ſentētias dicat. i. dicere videat.
Aliter exponitur. Et q̄ſi p ſententias loquēs. i. pfundas xboꝝ intelligē
tias ſm q2 hug. ō ſanc.
vic. diffinit ſniam dicēs
Snia eſt profundioꝛ in
telligētia que niſi expoſi
tione vel interp̄tatiōe nō
inuenitur. vide i plogo
eſai. de col. ⁊ comatib⁹.

m Iohel planus i pri-
cipijs. i. in pricipio: plu
rale ponitur p ſingulari
Nota q2 principiū ⁊ ini
tiū differunt. Initiu3 p
prie dicitur ante qd nō
eſt aliud. principiū autē
poſt qd eſt aliud. ⁊ ſic
mediu3 quodāmō dicit
principiū reſpectu finis
⁊ ideo dicitur planus i
pricipijs. i. in initiō ⁊ me
dio. ⁊ i fine eſt difficilis

n Et vſq3 incluſiue.

o Propꝛietates. i. pro-
prios modos ſcribēdi.

p Eſdram ſcribā. i. Eſ
dre. vij. Ipſe eſdras a-
ſcēdit de babylone ⁊ ip
ſe ſcriba velox. eo q2 le-
gē moyſi cōbuſtam ve-
lociter repauit. vel quaſ
dam figuras inuenit in
hebreo quibus velociter
ſcribitur.

q Autumāt. i. putāt vt
affirmāt. autumo as. di-
cit putare. affirmare. con
fidere. ⁊ cōponit ab ab.
⁊ timos qd eſt mens. q.
a mente ſic habet. ⁊ inde
dicitur hic autuma hui⁹.
me. eſtimatio: vnde.

r O paula ⁊ euſtochi-
um. de his inuenies ſup
in plogo ſup ioſue ver-
ſus finē. ad petitōnē iſtaꝝ trāſtulit hiero. iſtū librū. s Admonitas
vos volo eſſe ſupple h. ſ. t Unū librū eſſe. xij. pphetaꝝ. qui hebrai
ce dicit tarafara. ſed quare ē vn⁹ liber. in plogo ſup libros regū ponit
rō. vt. ſ. apd hebreos tot eſſent libri quot ſūt littere alphabeti. vel aliter
ſm yſido. qui ait in. vi. eth. Libri. xij. pphetaꝝ auctoꝝ ſuoꝝ noib⁹ p̄no-
tant. q̄ ppterea dicūtur minores eo q2 ſmōes eoꝝ breues ſūt. vn̄ ⁊ ↄne
xi ſibimetinuicē i vno volumie cōtinētur. ſ. ppt breuitatē ſuā. S3 querit
q̄re libri ve. teſt. rn̄dēt in numero litteris alphabeti. ⁊ nō libri noui teſti
Rn̄deo q2 vet⁹ teſta. fuit initiale ⁊ q̄ſi elemētale ad nouū. ad qd dſignā
dū cuilibet libro rn̄det vnū elemētū hebraici alphabeti. ſicut meli⁹ ſcri
bit in plogo ſup regū. v Synchronō. i. cotēporaneū. a ſyn qd eſt
con. ⁊ chronō qd ē tēp⁹. q2 in eiſdē tpib⁹ ⁊ ſub eiſdē regib⁹ pphauerūt
ſicut p3 in titulis eoꝝdē. x Malachiā xo ↄc. interlinearis. Eſdrā
fuiſſe autumāt qui velox ſcriba fuit. iſtos aūt tres. ſ. malachiā. aggeum
⁊ zachariā cōiūgit. q2 ipſi pphauerūt ō reedificatōe hierlm. y Fuiſſe
tpib⁹ interlinearis. p⁹ reditū de captiuitate. In fine ponit regula p quā
ſciri pōt qb⁹ tpib⁹ pphe ſinguli pphauerūt. cū dicit z In quib⁹ aūt
pphis tps nō pfert in titulo. vos volo admonitas eſſe. a Sub il
lis eos regib⁹ pphaſſe. ſub quib⁹ ⁊ hi qui ā eos hn̄t titulos. i. reges i
nominatos pphauerūt. Explicit q̄liſcūq3 expoſitō iſti⁹ plogi.

Incipit expoſitio plogi in Oſee prophetā.
Empoꝛib⁹ oſie ↄc. Iſte prologus q pricipaliter p̄ponitur oſee
duas h3 particulas pricipales. In p̄mō oſtēditur quō tpe oſee

Incipit plogus in librū duo-
decim prophetarum.

On[a] ide3 ordo eſt
duodeci3 pphetarū apud[b] hebreos
q ē[c] apd nos. Nā[d]
ſm[e] id qd ibi legit: hic[f] quoq3 diſ
poſiti[g] ſunt. Oſee[h] comaticus[i] ē
⁊[k] quaſi per ſentētias loquēs[l] Io
hel[m] plan⁹ in principijs in fine ob
ſcurioꝛ: ⁊ vſq3[n] ad malachiā hn̄t
ſinguli ppꝛietates[o] ſuas: que[p] eſ-
dram ſcribā legiſq3 doctorem he-
brei autumāt[q]. Et quia longū eſt
nūc de omnib⁹ dicere hoc tantu3
vos o paula[r] ⁊ euſtochiū admoni
tas ſcire volo vnū[t] libru3 eſſe duo-
decim pphetarū ⁊ oſee ſynchro
nō[v] eſaie malachiā[x] vero aggei: ⁊
zacharie fuiſſe[y] tpib⁹. In qbus[z]
aūt tēpus non p̄fertur in titulo:
ſub illis[a] eos regibus pphetaſſe:
ſub quibus ⁊ hi qui ante habent ti
tulos prophetauerunt.

Item alius prologus.

Egule ſunt he: ſub qui-
bus ſignificationib⁹ no-
minū: ad quas trib⁹ per
pphetas ſmo domini dirigatur.

Quotienſcunq3 ad dece3 tribus
tēditur prophetia: ſub his nomi
bus deſignantur id ē effrai3 ſama
ria iſrael ioſeph: iezrael: bethel be
thauen: ⁊ interdum iacob. Quā-
do aute3 ad duas loquitur tribus
ſub his nominibus ſermo profer
tur id eſt iuda hieruſalē beniamin
domus dauid: ⁊ interdum iacob.
Aliquotiens iſrael ad totas duo-
deci3 tribus refertur. Duplex eſt
apud hebreos ſententia de his q̄
tuoꝛ verſibus: qui in capite ſunt
prenotati. Pleriq3 enim dicunt
q2 ab eſdra ſcriba in omnibus pro
phetis ſic fuerit intitulatum: vt
p̄ſcripto vniuſcuiuſq3 nomi-
ne prophetia cuius ſit ſequens
noſcatur. Ipſe eſt autem eſdras:
qui vltimus prophetarum ma-
lachie nomine ſcribitur. Alij vero
dicunt q2 ab ipſis prophetis per
ſpiritum ſanctu3 vt cetera ſunt cō-
ſcripta.

Incipit prologus in librum
oſee prophete.

Empoꝛibus[a] oſie ⁊
ioathe[b] achaz[c] ⁊ eze
chie[d] regum iuda.